

**Agaricus** *trochiscatus, cassia, rharbararum, polypodium.*

**Syr.** *de multiplici infusione rosarum.*

**Electuarium Indum, diacatholicum.**

**Clystere** *validum plurimum proderit in catarrho vehementi, periculumque suffocationis minante, & decocto florum stœchados, maioranæ, saluiæ, calaminthæ, origani, maluarum, hordei, hiera picra, melle rofato, oleo violarum.*

**A validè purgantibus medicamentis hîc abstinebis-**  
**mus, ne materiam grauantem magis ad fluxum irrite-**  
**mus.**

#### A V E R T E N T I B V S.

**Venæ sectio.** *Clystere prædictum. Vacuantia medica-*  
*menta.*

**Cucurbitulæ brachii, scapulis, natibusque affixæ.**

**Sudor excitatus cum decocto falsæ parillæ.**

**Frictiones extremarum partium, potissimum pedum,**  
**non capitis, & eorum continuus motus; trahitur**  
**equidem materia ad inferiora.**

**Ligaturæ dolorificæ.**

**Sternutamentum ex elleboro, castoreo, pipere, in prin-**  
**cipio tamen non conuenit, cùm ex humorum motu**  
**eorum digestio prohibeatur.**

**Apophlegmatismi ex pyrethro, pipere, hyssopo, masti-**  
**che, cortice radicum capparorum, cubebis, vuis**  
**passis.**

**Gargarismus ex maiorana, hyssopo, origano, si tamen**  
**materia ad pulmones aut ad pectus ruat, aut si mul-**  
**tum materiei sit subtilis, multumque moueatur, à**  
**gargarismate abstinebimus, iis enim in casibus sus-**  
**pectus est usus.**

**Erthina ex succo ireos, betæ, maioranæ, cyclamine, py-**  
**rethro, semine melanthii, in materia frigida, ex succo**  
**violarum, aqua hordei, in calida.**

L iiiij